Morbio 26 (50)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

IACOBVS

Sabellus miseratione divina tituli sanctae Mariae in Cosmedin S. R. E. presbiter Cardinalis de Sabellis sanctissimi domini nostri Papae et sedis apostolicae generalis Vicarius R. in Christo patri et domino Episcopo Civitatis et dioecesis Papien. eiusque in spiritualibus Vicario seu officiali generali salutem in domino sempiternam et nostris huiusmodi immo verius apostolicis firmiter obedire mandatis Expositum nobis fuit nuper pro parte et ad Instantiam R. d. Romuli Archinti Comendatarii S^ti^ Barthol. Papien. praesentibus quod nonnulli Iniquitatis filii utriusque sexus diversorum status gradus ordinis et condition. quos prorsus ignorat Census decimas redditus proventus molendina casalia silvas domos poss^es^ olivieta hortos campos prata pascua arbores arborum fructus vina blada olea ordea vineas canneta avene lini lane canapis argenti monetati et non monetati quantitates tasseas vasa argentea erea stannea cuprea ferrea pannos lineos laneos sericos vestes mantellos tunicas camisias et nonnulla alia Jocalia lectos culcitras linteamina et quecumque domorum utensilia massaritias et mobilia equos Jumenta porcos mulos asinos boves ceteraque animalia libros protocolla Instrumenta testam^ta^ codicillos donationes quietan. litteras pmiss[…]a documenta munimenta et alias scripturas publicas et privatas credita debita legata mutua deposita Jura institutiones pecunias summas et signanter possessionem seu poss.[…]arizola del maione omnesque res et bona mobilia et immobilia in executione praesentium nominanda et specificanda ubilibet consistentia et existentia ad dictum Instan. et abbatiam S^ti^ Barthol. Papien. spectan. et pertinen. temere et maliciose occultare et occulte detinere Et presertim qui amoverunt seu amoveri fecerunt terminos in terris et possessionibus dic. ecc^e^ ex suis confinibus ac quedam alia gravia damna pariter et Jacturas ipsi Instanti inferre ac auxilium consilium vel favorem ad id prestare presumpserunt hactenus et presumunt Et presertim sunt nonnulli quos similiter prorsus ignorat qui sciunt habentes detineri occultari et usurpari ac sibi indebite res et bona et scripturas prefatas qui premissa scientes ea ipsi Instan. vel eius procuratori tradere et exhibere scientes vero veritatem super premissis propalare revelare et se examini subiicere non curant in animarum suarum periculum et ipsius R. d. Instan. non modicum sed maximum detrimentum Super quibus idem Instans ad nos recursum habuit Quocirca nobis et vestrum cuilibet tenore praesentium committimus et mandamus quatenus omnes et singulos premissorum damnorumque illatores et auxilii consilii vel favoris prestitores ac censuum fructuum decimarum terrarum poss^ionum^ scripturarum pecuniarum Jurium et aliorum bonorum quorumcumque et ut prefertur specificandorum detentores subtractores asportatores occupatores ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per vos vel alium seu alios moneatis ut infra competen. ter^m^ quem eis ad hoc duxeritis prefigend. ea dicto Instan. vel eius procuri a se debita restituant et revelent dicto Instan. ac de eis plenam et debitam satisfactionem impendant Verum si id non adimpleverint infra alium competen. ter^m^ quem eis ad hoc similiter duxeritis prefigend. ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam in eos proferatis et eos faciatis ubi quando quotiens volueritis expedire usque ad Integram satisfaction. et revelation. premissorum solemniter publicari Quod si non omnes in exequen. premissis Interesse poteritis duo aut unus vestrum ea nihilominus exequatur In premissis taliter vos habentes quod nota contemptus nobis nullatenus ascribatur Absolutionem vero omnium et singulorum premissorum qui praedictas nostras sententias Censuras et penas quoquomodo incurrerint aut aliquis eorum incurrerit nobis vel superiori nostro seu vobis R. d. Episcopo Papien. tantummodo reservamus IN QVORVM omnium et singulorum premissorum fidem has praesentes litteras fieri et per notarium nostrum infrascriptum subscribi sigillique nostri quo in talibus utimur iussimus et fecimus appensione muniri Datum Romae in edibus nostris Sub Anno a nativitate domini nostri domini Iesu Christi Millesimo quingentesimo sexagesimoquinto Indictione octava die vero Vigesima septima mensis Julii Pontus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providentia pp. quarti anno sexto

A. Sabellus

Simon Guonettus Notarius

Tax. Jul. x

1565.
Romolo
Comendatario
dell' abazia di S.to Bartol. Pavese

XXIX ~~240~~ / 239 Nr 1565. 27 Febr.
Jacopo Sabello
Bo. Gi[illegible] del Romulus
Arch[illegible], Comendatario
S. Bartolomeo in Pavia

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Marbio 26 (50)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871311519-16/fragment/page=0002
DFG